

## Q VINTVS

Vt honoris precio cederet inferre relatus.  
Populum Cecropidarum bene quo palliatarum  
Bromius conciperet contumias nosse dolore.  
Mage q̄ crediderat uipeream noscere posset.  
Et iners Marsica dudum fieret prætrigiatrix:  
Neque me conspiceret somnificam uel temulentam  
Loca passim blatterantem Iouialibus suborsis  
Tamen uni famulandum est tibi Virgo reticemus.  
Hæc dicens uelut repressa conticuit: Compluresq; eam diuorū:  
qui inter initia deriserant: horruerunt.

### Eiusdem Liber Quintus de Rhetorica.

Nterea sonuere tubæ: raucusque per athram  
Cantus: & ignoto cælum clangore remugit.  
Turbati expauere Dei: uulguisque minorum  
i Calicolum trepidat: caufarum & nescia corda  
Hærent: & ueteris renouantur crimina Phlegæ.  
Tunc amnes. Fauni que Pales Ephialta Napeæ  
Respectant proceres: nulloque assurgere motu  
Cernunt attoniti: uicibusque alterna profantes:  
Mirantur placidam per pectora sacra quietem.  
Tunc primum posita Syluanus forte cupresso  
Percitus ac trepidans dextram tendebat inermem:  
Bellaque composcens arcus: atque Herculis arma:  
Portuni trifidam suspirans flagitat hastam:  
Gradiui frameam non ausus poscere falcem.  
Saturni bello suetus disquirat agresti.  
Diffidensque sui respectat tela tonantis.

Ed dum talibus perturbatur multa terrestriū Plebs Deo  
s rū: Ecce quadā sublimissimi corporis ac fiducia grandio  
ris: uultu etiam decore luculēta: Foemina insignis ingre  
ditur: Cui galeatus uertex: ac regali caput maiestate ser  
tū: arma in manibus: q̄ se uel cōmunire solita: uel aduersarios uul  
nerat: fulmīca quadā coruscatione renitebāt. Subarmalis at uestis il  
li peplo quodā circa humeros inuoluto Latialiter tegebat. q̄ oīū;

## LIBER

figurarum lumine variatum cunctosque schemata praeferebat. Pectus autem exquisitissimis gemarum coloribus subalteatū. Hac cum in progressu arma concusserat: uelut fulgurea nubis fragor colliso bombis dissonantibus fracta diceret crepitare tonitrua. Denique creditusque istarum Iouis eadem posset etiam fulmina iaculare. Nam ueluti impotens res omnium Regina & impellere quo uellet: & unde uellet deducere: & in lachryma flectere: & in rabiem concitare: & in alios etiam uultus sensusque conuertere: tam urbes quam exercitus proeliantes: & quacumque poterat agmina populorum. Hac etiam Senatū: Rostra: Iudicia domuisse in gente Romulea. Athenis uero curias: Gymnasia: Theatraque per arbitrio reflexisse: ac totam fundit gratiam miscuisse ferebatur.

Hac uero loquente: quae uultus: uocisue sonus: quantaque excellentia: celsitudoque sermonis audire opere precium etiam superis fuit tanta inuentionis ingenium: tam facundae ubertatis eloquium: tam capacis memoriae: recordationisque thesaurus. Qualis disponendi ordo: quam pronuntiandi congruens modulatio. Qui gestus in motu. Quae profunditas in conceptu. Denique exilis immodicis. In mediocribus facilis. In elatione flammatrix. reddebatque cunctos in ambiguis dociles. In persuasione cedentes. In collisione discordes. In laudibus arrogantes. At uero cum quod commotum publici nominis attestatiue clamauerat fluctuare: permisceri: ardere omnia uidebatur. Hanc igitur Foeminam aurata uocis: & quaedam diadematum gemas: regnorumque fundentem ingens illustrium uirorum sequebatur agmen: inter quos proximi eide; Duo diuerso habitu nationeque praeinitentes: Quorum unus erat pallio circumactus. Alterque trabeatus. Diuersus utriusque oris sonus: sed alius etiam Athenis se diceret Graecia didicisse: ac promptus gymnasiolorum studiis: & reluctantibus semper Academiae altercationibus haeret. Ambo tamen noui protectique paupertatis sinu. Et cum altere Quirinalis eques: alium Fabrilis procrearet industria: ita praecules lingua excellentia floruerit: ut per curiarum fata: imeritasque mortis uirtute astra conscenderet: immortalitate gloriae saecula superaret. De uno tamen quem Athenarum populus: ac palliata agmina sequebantur. hac fama conuenerat. quae acerrimus idem & procellis indignantis Oceani: fremituque uiolentior. Denique de illo uersus huiusmodi ferebatur. *Δενός ανηρ τάχα κεν και ανείτιον αιτιόωτο.*  
Alter uero: quem consularis purpura: & coniurationis extincta laurea redimibat: mox ingressus curiam super: & in Iouis gratulatus est se ue

Q VINTVS

nisse cōspectū. clamare igī coepit. O nos btōs. o Rēp. fortunatam. o  
 praclara laudē cōsulatuī mei. Post hostamen ī diuersis agmib' ora  
 tores emeriti: ac praesferentes insigniū culmē: meritaq; linguaz Ae  
 schinē: Isocratē: Lysiamq; cōspiceres. Tū intogatis agmib' Dolan  
 tios: Gracchos. Regulū. Pliniū. Frōtonēq;. Vex atē cuctos atq; ip  
 sam ducē oīum fœminā Senex qdā signū ac prauā uirgā geltans ī  
 ctoris Romulei praecedebat usu: atq; ī eiusdē uirgā culmie: Corax  
 oris aurati uenientis fœciā auspicio prauolabat. Ille aut q geltabat  
 uirgulā Tisias dictus: cunctisq; uetustior atq; elatior uidebat. Na  
 & luos minores ceteros ipsam illa ducem respectās superpositū cor  
 uum: cōe pignus filiaq; mēorabat. Quo argumento comoti q plu  
 res deoz eā qdā nobilitatā fœciam primā; aut Apollis credider co  
 gnatā: si Graia ē. Aut si Romulea de gēte coruina. Cui enigmati il  
 lud adiectū: q; intrepida fiducia pmprioris: tā Palladis q; ipsius Cyl  
 lenii deosculata pect' cuidā propinqua familiaritatis indicia patefe  
 cit. Deniq; nō nulli superz cū intrepidatiōe buccinae pracinētis & ad  
 miratiōe aicitia superoz incerti diuti' Diuinatorē ī hocbū cuperēt  
 sciscitari: nōdū Ioue maxio disgrēte tumultuaria: quæ eēt inqūt.  
 Actūc illa respectās superos uuiuersos aliqto cōmotior sic coepit.  
 Patrē maximū Iouē: ceterosq; calites: quos in causis pluribus saepe  
 sum deprecata: atq; ipsum cōuentū superz cōfessiōis attestor: nihil  
 magis mihi incōsentaneū atq; indecēs estimari: q; ut qua semper ī fo  
 ro: iudicii q; plurib' accusaueri multos: aliosq; detenderi: & uiri  
 bus gloriā deluctatiōis annexa mihi de discriminū fatis pmeriti eue  
 tus praconia cōpararim. Nūc apud uos superi q; placere īmortali  
 tatis istar ac precū uidebat: inuita cōpellor icholariū iuuēliū mo  
 nitus: & exilia decātatae artis pracepta mēorare. Neq; n. hoc nobis  
 ascribit inopia: cū redūdātes turmā suppetat cōsequētū. Na; absq;  
 his q; perturbātes pectora sensusq; cūctoz cognoscentū quoq; per  
 freger subsellia: Etiā alios habeā: q; minutias praeproz: & artis inti  
 mā cōmēta perscripserit. Inter utrūq; uero culmē lectatoz pranite  
 at Tulli' me': q; nō solū in foro: senatu: rostrisq; gradiloqua facul  
 tatis maiestate tonuerit. Vex ēt ipsi' artis pracepta cōment' libros  
 q; plures sclōru; usib' cōsecrati: Quod cū ita sit: emerita graditatis  
 pudor & celebrati q; tū puto noī gloria: hec ichoamētoz primordia  
 detrectaret excurre: ni hoc ad īmortalitatis premiū pficerit: q; iubēs  
 ac fiducia perennitatis accēdat exeq; uel primora tū Ioue cū superis

## LIBER

imperate. Accingar igitur hanc aridiora percurrere: minus quidem quam publicus soleo placitura: quam si pallados aureas atque Archadia ratione beniuolam maiestatis participarit assensione. Nunc quidem apud uos maximi calites displicebo. Quippe sum ipsa: quam alii artes: uirtutem alii dixere: alteri disciplinam. Artem uero ideo: quia doceor: L3 Plato huic uocabulo refraget: Virtutem autem dicunt. Qui mihi benedicendi scientiam inesse compererunt. Qui edisci uero dicendi intimam rationem & percipi posse non nesciunt: fidei me afferunt disciplinam.

De officio & fine Rhetoricae.

Officium uero meum est dicere apposite ad persuadendum. Finis persuadere id quod est propositum dictione: Quae quidem uerba mei Ciceronis attestor: cuius etiam exemplis me per omnes in sinu o praecipuis ductus consequenter usuram.

Vbi & Vnde.

Materies autem duplex est mihi. Vbi & unde fiat oratio. Vbi: ut cum ipsius membra aggredior quaestiones. Vnde: cum res inuenta: uerba quoque sociantur.

Quaestio Rhetorica aut finita aut infinita.

Quaestio ipsa aut finita est: aut infinita. Finita est: cum nascitur de certo facto: demeritque personam: ut in Rosciana quaeritur Ciceronis utrum interfecerit patrem Rosci. Infinita est: quae generaliter quaerit: utrum sit aliquid appetendum: ut an philosophandum sit: in Hortensio disputat. In superiore autem crebro: assidueque colluctor: atque ea gratias placuit ut pro thesibus nominari. Infinita uero uniuersitatis astutuenda sibi fiduciam uindicat: tunc potius uersor: cum ocius ac disputatitius aggredior: l3 plerumque est pars ipsa: quae thesis dicitur: in causis mihi elati a helati amem tatas hactenus crebro: & pila plurimum ualencia miserrant. An aliud in Scauriana succurrit: cuius interposita disputatio tractat. Ex quibus causis mors eueniat repetita. Ac pro Milone similiter: an mundus prudentia gubernet? Denique e meis sectatoribus quaedam acriter admodum: ac subtilissima ratione commoti nullam esse attestant hypothesis quoniam: Cunctaque in defensione pro reis: contraque eos in accusationibus retractant: ad generales quoniam poterunt applicari.

Quae sint partes officii Rhetoricae.

Iam uero partes officii mei quaeque esse non dubium est. Nam est Inuentio dispositio. Elocutio. Memoria. Pronunciatio. Iudicatio. n. quae a non nullis dicitur: pars partibus cunctis ascribitur. Itaque ipsa pars non potest rite censeferi: l3 quod dicendum quodue silendum sit dispensatio iudicatio examinet. Inuentio est quoniam argumentorumque sagax: inuestigatrixque comprehensio. Dispositio est quae ordinem rebus attribuit. Eloquutio: quae arripit uerba uel propria:

uel trāslata: quæq; noua facit: ueteraq; cōpōit. Mēoria firma te-  
ru: uerborūq; custodia ē. Pronūciatio uocis: motus: gestusq; p-  
res & uerborū dignitate moderatio: S; ex his Inuentionē certum ē  
esse potissimā: cuius opus ē causa quæstiōes excuteri: & argumēta p-  
batu idonea reperire.

De Quæstionibus principalibus & incidenribus.

Quæstionū uero duplex spēs. Aliæ sunt. n. p̄cipales: Aliæ in-  
cidentes. Principales sūt stat⁹: ex qbus nascit̄ cā. Quas Tulli⁹ cōsti-  
tutiones appellat. Incidētes uero: quæ dū tractat cā nascunt̄. Du;   
argumēta uel scripta refutādo ī plures cā deducit̄ qōnes: ut sit p̄-  
cipalis: utrū Clodiū iure occiderit Milo. Incidens: uter utri īsidias  
compararit.

De Statibus: & unde nascantur.

Principales igr̄ status sūt nūero tres. An sit. Quid sit. Quale sit.  
An sit: cōiectura ē: ut an p̄res Rosci⁹ occiderit. Quid sit: finis: ut an  
miserate minuerit Corneli⁹. Quale sit: qualitas: ut an Saturnin⁹ iu-  
re necat⁹ sit. Sed ne forsan moueat: q; prater eo quartus stat⁹: quem  
Hermagoras inuenit: subtilior rō est eū nō statū: sed partem dicere  
qualitatis: qd̄ in eius expositiōe mōstrabo. Nūc dicendū est: quo  
mō status inueniant̄ in cā. Inueniunt̄ igr̄ per intentionē & depulsiō-  
nē. Intentio ē obiectio ei⁹ facti: qd̄ in iudiciū uenit. Depulsiō quæ  
dā resistens ītentiōi negō: ut si dicat̄: occidisti p̄res: nō occidi. Ex his  
duabus iter se cōcurrentib⁹ uocib⁹ nascit̄ qō: quæ dī stat⁹: q; ibi qua-  
si ad pugnādū actionū acies ordinata cōsistat. Sed facile ē uideri: qd̄  
obiecto crimini respōdeat. Illud facile nō est qd̄ debeat ītendi: utrū  
factus: ut hoīes occidisti: an nomen facti: ut homicidiū fecisti. Et l;  
uideat̄ idē: eē: tamen ī superiori obiectiōe si negabit̄: cōiectura erit:  
Cū dixerit: nō occidi. In hoc ubi rei nomē ītēdit: pōt & finis uideri  
ut si dicat̄: nō feci hōicidiū. An cū: q; cūq; hō: an cū iocēs occidit: qd̄  
si nō factū obiciat̄: sed criminis nomen negōne diuersa partis non erit  
māifestum: q; stat⁹ existat. Nescies. n. quid negat: q; ita neget: nō feci  
homicidiū. Vtrū quia nullū hoīem iugularit. An quia tyranni  
interfectio homicidiū nō uocetur. Est igr̄ intendendū ipsū illud  
qd̄ factum est: ut si id negauerit aduersari⁹: habeas cōiecturā. Si eo  
concesso: nomen criminis exclu. serit: intelligas finem. Quod si cōces-  
so fecō: factiq; uocabulo licuisse sibi: uel oportuisse facer̄ dixerit: q; li-  
tas in causa uersatur: quæ aut de re: aut de actione congregitur.  
De re: ut Miloni facere licuisset. De actione: an seruo uel addicto

## LIBER

Tribunos liceat appellare: an hęc ignominioso liceat cōcionē. Quā spēs qualitatis Translatio noīatur. Itē cauere debemus: ne intēdamus auditoris officium: & sola status qualitas fiat. Nam q̄ cām cognoscit: propositum hēt efficere aliqd. i. aut damnaī aliquē: aut abfoluere.

De generibus auditorum & caularum.

Auditoris autē sunt tria genera. Vnum eius: q̄ fm̄ aequitatē aliquid statuit: & is ē perpenſe iudex. Aliud eius: q̄ honestate uel utilitate incerta dubius alienā snīa perſuaſionē inexplicabilis deliberator expectat. Tertium genus eius est: qui facti honestatem: uel turpitudinē libera extimatione perperdit: hunc Extimatorē cōuēit nominari. Hęc igr̄ sunt tria cārum genera: quā hypothefi continentur. i. Iudiciale. Deliberatiuū: & Demonstratiuū. Sed cum oēs prædictarum reꝝ auditores dubitatio ſui deducat officii: quare dūz discrimen ē: & pprietas ſingulorum. Nam & iudex: cuius officium ē damnaſe reum: uel abſoluere: Poſſeſſionē dare: uel auferre: priuſq̄ cognouerit cām: dubitat quo modo utatur officio. Et q̄ deliberat: ambigua mētis opione differtur. Et laudationis arbiter: an rite q̄s laudet: extimanti cōtēplatione diſpēſat. Sed cum in diuerſum hęc diſtrahant officia: tunc illud maxime diſcrimē attēdim⁹: Quē admodum tēporibus uariantur. Nam deliberatio futuri tantū temporis cōtinet quæſtionem: ut ſi deliberet Cato: an ſe debeat: ne uictorem aſpiciat Cæſarem/trucidare. At uero Iudiciale genus tā præteriti q̄ futuri non nunq̄ temporis inuenit. Sed in ptō tātuz de facto coniectura: Ex futuro qualitas frequenter innaiſcit: ut ſuo loco p̄mptius aſſeretur. Laudatiuū etiam genus in præteritis factis oē conſiſtit: S; a Iudicali gener̄ ſine diſcernitur. Nam aliud eſt abſoluere innocentem æquitatis imperio: aliud laudibus proſeq̄ glorioſuz in ſignum cōtēplatiōe meritorū. Accedit q̄ in Iudicali gener̄ ambigit cognitor in rebus alienis. In Deliberatiuo uero q̄ſq; tā de ſuis q̄ etiam de rebus externis. In laudatiuo aſtimator auſcultat uera: congruaq; quā memorent: l; nouella: etiā id contulerint blādimeſta: ut ſua prædicationis fiat arbiter: qui laudatur. Ergo oportet attentius intueri: ne ea: quā auditoris officiū habuerit: interdam⁹: Ut ſi Verri: q̄ dammandus ſit: edicatur. Ille quippe ſe dānandū nō eſſe reſpōdet: & utrū dānandus ſit ſola qualitas apparebit. Igitur a facti obiectiōe naiſcitur intentio: ut ſi eidem dicas. Siciliaꝝ ſpoliaſti: reſponſuro nō feci: coniectura cōponitur. Stultum q̄ppe ē id: quod

## Q VINTVS

in arbitrio manet iudicis. aut certe facti nomē: non ipsum crimen intendere. Cauendū æque: ne cui lex ulla: uel scriptura in cā tractat: intētio summatur ex lege: Vt si dicas. Lex te muꝝ uetabat ascenderē peregrinū. Sed illud potius dicēdum: Murū ascēdisti: ut si negauerit: nō sit pugna de lege: sed de facto: cui accedit lex. Si cōfessus ex facto: tunc cōtra legē fecisse uideat. Cæterꝫ si negato facto fuerit lex: uel quæuis scriptura recitata: superflua uidebit cōtentio: quādo nō iuris: sed ueritatis altercatio cōtineat qōnem. Hoc uitio plerique falsi sunt: Sed & præter illos tres: quos Itat<sup>9</sup> asserui: alios quatuor: uel qnq; descripti qualitate manātes eē dixerunt: qui l; suas in diuisione causa partes obtineat: tamē nunq; principali loco nascunt: quia nisi fuerit: quod pbe<sup>9</sup>: nēo ad probādu; recitat legē: ut aliquam scripti formam. Id autē quod pbatur Itatus ē: qui ex primo cōflictu semper existit. Cætera qōnes cōtrouersia uel incidētes sunt perhibēda.

Quo modo Status facile inueniatur.

Sic ig<sup>r</sup> inueniendi status facilis erit rō: cū neq; nomē admissi: neq; auditoris officiū: neq; legē: aut scriptum aliquod intētiōis loco poterit obiici. Itaq; talis ē intētio. Hominē occidisti. Depulsio: nō occidi. Quæstio ex his orit: an occiderit: in quo statu erit cōiectura. Sed cū intētiōi ius facti opposuerit reus: fit qualitas: ut a Milone non factū negatur: Sed de tacti iure cōtentio est. Occidisse. n. se fatebatur Glodiu: sed iure fecisse. Huic Depulsioi subiicit rō. Quæ nō una simplexue sit. Nam pōt unum atq; idē; factū ppter uarias cās uideri pbabile: ut hoc idē; q; insidiatorē occiderat Milo: una rō fuit. Alia q; hostē Reipu. & tyrānidis affectōe succēsum se interemis se mēorabat. In qbus assertis fit qdem qualitas. Sed diuersa spēs ei<sup>9</sup> erūpunt. Nā prima relatiua: altera cōparatiua qualitas fulget. q; si intētiōi nō ius facti: Sed negō noīs opponat: quis negō depulsiois uice dicat: tamē non faciet coniecturā: qā non factū: sed nomen facti destruit: Vt in hoc adulterii actio sit. Cum repudiata uxore stupratorē: qui repudiauerat: maritus inuēit: accusat adulterii. Reus cōtradicit: nec factum negat: Sed adulterii nomen excludit. Et quaritur quid sit adulterium: quod ē diffinitiuæ cōtrouersia. Igitur coniectura ipsius facti negō est finis non admissi: sed noīs. Iccircoq; etiam depulsio igesti criminis: quia cum facto aliud nomē imponitur imminens: obiecto crimini periculum denegatur. Vt in hoc obiectu. Pocula tēpli e sacerdotis domo furatus es: sacrilegium feci

sti. Repellit: pocula quidem abstuli: Sed quia de domo nō de tem-  
plo furtū non sacrilegium nuncupādū. In quo etia; facti alia qua-  
dam uidei eē negō. Non. n. hoc ad deorū iniuriā spectat admissum:  
sed ad dispendiū sacerdotis. cui; de domo pocula subtrahantur. Hic  
utraq; factū diffōne tractandū: idest & quid sit sacrilegium: & quid  
furtum. Qualitas est cum qualis sit quaritur.

Nunc de Qualitate dicēdum: cuius multiplex natura diuisionē  
partiū primo desiderat: ut ea decursā singularū; proprietatē explicetur.  
Qualitas igr̄ aut de re: aut de actiōe ē. De re: cū eius facti: qd̄  
in iudiciū uēit: rō causae tractat: uel cum qd̄ fieri oporteat: disce-  
ptatur: Vt an iure Clodiū Milo iugulauerit. Vel an dom' Tullio  
restituenda fuerit. De actiōe aut cum quaritur: an admittenda sit  
actiō: & iudiciū faciendū: Quae pars: quonia iuris aq̄tate perpēdit:  
recte eam in spēs qualitatis subtilius aggregāus. Aliā autē: quam  
Hermagoras quasi cōstitutionē noua: aut qualitātē distinguere: &  
translationē uel perscriptionē uocār maluerat. Sed haec postterius:  
qualitas ut futuri tēporis astimata: ita & prateriti Iuridicialis: Fu-  
turi negotialis. Qualitas in utroq; iuris assertio est: in Iuridiciali  
naturā: in negotiali legis aut cōsuetudinis asserta uersant. Iuridi-  
cialis aut diuidit in absolutā: & assumptiuam. Absoluta ē: qua fa-  
ctum ipsum sui natura & iure defendit. Assumptiua: qua cū in scō  
ipso nihil pbabile reperiat: confugit ad ipsam cām: eaq; iustā: ut fa-  
cere deberet allegat. Vt cū Milo non pot̄ dicere hoīem licuisse iugu-  
lare: cām occidendi astruxit insidias Clodianas. Illic assūptiue no-  
men accepit: Quia cū absolute factum tueri non possit: cōfugit ad  
cās. Haec igr̄ assumptiua partes hēt quattuor. Relationē: Remo-  
tionē: Comparisonē: Concessionē. Relatio ē: cum de facto con-  
fesso culpā in eū: qui pertulit: refert: Vt in Clodiū Milo. Crestes  
in matrē. Oratius in sororē: Qui iccirco a se perhibuit iugulatam:  
quia eius prouocatus iniuria: in facinus sit coactus. Remotio ē:  
cū obiectū crimen in alterū: uel in aliud ab eo: q̄ percellit: reouertit in  
aliū: Vt Tiberius gracchus in Mancinū: qui auctor faciendi foede-  
ris fuit: quod tā senatus q̄ populus improbarat. Itē in tali cā legat'  
nisi intra. xxx. dies profectus erit: capite puniat. Quastor sumptū;  
legato non dedit. tempus emensum ē. Accusatus contradicit: & cri-  
men obiectū remouet in quastorē. In aliud aut remouet: si morbo  
tardatus: in infortuniū suum cām remoueat tarditatis. Remouet



## Q VINTVS

uero aut ipsum factum: si ad alterius attinuisse dicitur potestatem: aut causa: Si alterius uitio quid accidisse dicat. Comparatio est: quam compensacionem noui a posterioribus perhiberi. Non cu3 crimini beneficium alterius tēporis subrogatur: sed cum factum iure defenditur: ut ex eo aliquid eōmodi sequeret. Nam si meritū alterius tēporis uelut in cōpensacionis gratiam mēoratur: ad deprecatiuam potius admouēdum ē qualitātē: quā ueniali spē continet. Hęc uero rite se fecisse contēdit: ut Verris illa responsio. Magno inquit decimas uēdidi: Quod factuz compensat utilitate beneficii. In hac q̄ parte facti confessio ē: s; īmanitatem obiectionis excludit allegatio promerendi. At in illa criminis factiq; una confessio est. Sed aut ab animo separatur: aut purgatione cessante ad humanitatis miserā da respirat. Verum hęc qualitas uenialis in bina asserta discernitur. In purgationē & deprecationē. Nam purgatio ē cum confessio facinore aīum uoluntatēq; purgamus. Cuius modos tres eē non dubium. i. Imprudētiam: casum: necessitatē. Imprudētia est: cū a uoto: sciētiaq; nostra aliquid dimouemus: ut q̄dam in uenando iaculum intorsit in belluā: & hominē delitescētē retibus interemit: Quae pars error dī: atq; ei subdunt. Ignoratio: Vinolentia: Obliuio: Fautitas: Dementia: ceteraq;: quae errorem admittentis excusant. Casus uero culpam euētus exonerat: Ut qui cum uictimis ad diem sacrum non occurrerit fluminis incremētis. Scelus autem necessitate commisit: qui praecepto Ducis in fontem hominem iugulauit. Inter quos modos hoc interest: quod imprudētia fallit. Casus prohibet. Necessitas cogit. Deprecatio aut nihil causatiōis associat: sed in exorandi humilitatē: precesq; suspirat. Ceteras q̄nes: quas status dicunt: incidentes aduertant: qui talium didicerunt. Sicut interius demonstrationem formet primae uocis ingestio. Plerūq; n. secūda uī intentionis incūtiēt: ut in hoc Viro forti praeuium: quod uolet: q̄ fortiter fecit: petit praeuium nuptias uxoris alienae. In quo qui petit praeuium: quia nullum putat e diuerso: nihil intēdit: sed marit<sup>o</sup> cōtradictor intendit: s; secundo loco uideat assurgere: Cui per depulsionē uir fortis obstabit: tanq̄ petitionē praeuii: quod poposcerat accusati praeuium iustum esse contendens: tanq̄ si factum aliquod iure reueretur. Item q̄nes legales: quas tanq̄ status causis incidere memorauī principalium q̄num intentiōe: uel depulsionē non eadē regula percensent. Quippe quae in secūda conflictatione prorūpūt.

Nam prima qualitati tribuitur. Igitur illa intentionis ac depulsionis regula in qualitatis praedicta parte turbatur.

De Examinatione: idest Iudiciali genere.

Nunc τὸ κριτόμενον: quod graeci dicunt: consequenter assumma. Nam cum intentio & depulsio statum constitutionemque signaret: Si coniectura fuerit Iudicationi praebit pariter rationem. Neque enim est: quod possit ponderari iudicio nisi ipsa negotio. In qualitate uero: uel fine alio loco quam status apparet: necesse est confessa depulsio facti habeat rationem: Quam item accusator infirmet. & uelut secundaria quaestio procreatur per confirmationem impugnationemque rationis. Hic illud iudicabile posse uersari: Idque esse: quod aestimator iusti ratione perpedit posse in quauis causa & omnes status existeret. Et multa rationes: infirmatio uelque numerosa: perindeque iudicationum semina copiosa. Cum unum uidelicet factum multiplici ratione defendit: ut Tullius pro Milone: quod infidiator est: & quod hostem publicae quietis occiderit. In his igitur ille status potius apparebit. quem orator pro utilitate defensionis iumpserit. Illa etiam ratio ex oratoris plerumque astructione colligitur. Tuncque uelut rationes alii status emergunt: ac sic ad probationes scriptura proferuntur. Hinc Iudicatio legalis oritur: Cuius species sunt quaeque. Una est: cum scripto aliquod: pluraue ambigua continentur: Quae a graecis ἀμφιβολογία memoratur: ut ex comunione nominis res plerumque confunditur: ut est illud. Quidam taurum legauit: quo nomine suum habuerat admodum preciosum: Verum illi haeres taurum. hoc est bouem dedit: quia fecit nomen amphibolum quoniam. Item ex nominum distinctione per syllabam: Ut qui huerit propinquos duos: unum Lesium nomine: aliumque Milesium: haeredemque constituens: Sic locutus est. Haeres esto mi Lesi: Qua distinctionis ambage certamen exortum: dum haeres esto mi: distinguit: quod Lesius dicebat. Alius uero continua nominis iugitate Milesium dicit haeredem. Sunt idem modi: quos dialectica comprehendit astructio. Item species scriptionalis est quoniam: quae ex uerbis & sententia scripturae emergit: ut in hoc: Peregrinus murum ne ascendat. Quidam obsessa ciuitate conscendit: hostemque deiecit. Arguit hic res legis sententia. Verbis nititur accusator. Tertium quaestio est genus: cum contrariae leges utrinque secus colliduntur: ut in illo: Mas templum Cereris ne ingrediat. Item: Qui parentibus opere non tulerit puniatur. In templo Cereris uapulanti matri ingressus opere filius tulit. Accusatur. Facit hic consuetudinis diuersitas legum. Quae interpretata

## Q VINTVS

tio collidit: ut cui poti<sup>9</sup> auscultandū fuisset appareat: Quarta de Scripto qō est: quā dī Syllogismus. Cum ex eo: quod scriptum ē. Aliud quoq; quod non scriptum ē argumētatione colligimus: ut in hoc. Exulē intra fines deprehēsum liceat occidē. Quidā inuētū exulē uerberauit: accusatur: a defensore colligit: quod minus permissio sit fieri debuisse. Huic insunt modi quatuor: A simili: a cōsequēti: a maiore ad minus: a cōtrario. A simili ita: ut qā patris īterfector culleo insuit: hāc pōna manēi debeat matricidam. A cōsequēti sic. Tyrannicidā prāmium. Qui suauit tyrāno deponere dominatum: prāmīū petit. Colligit par eē meritū: qā reddidit libertatem. A Maiore ad min<sup>9</sup>. Supra dixi. n. Si exulē permittit iugulār: licet ēt uerberare. A cōtrario: si uir fortis meret prāmīū: desertor dignus ē pōna. Finitiuā superest qō de Scripti ambiguitate demans. Cum aliquod uerbū in lege uel testamēto dubium ē: & diffōne clarescit: ut nocte cum telo deprehēsum liceat occidē: quendam cum fuisse nocte deprehensum magistratus occidit: reus est cadis: lege se quidem tuetur: Sed telum qd sit inquit: Quod qōnis genus hoc a principalibus differt statibus: qā nō de facto: unde orta causa tio ē: Sed de scripti tantū diffōne disquiri. Discutitur igr ab his legalibus status pīcipales eē discretos: & hos incidētes dici. Illos aut a quibus cā nascit: uel cōstitutiones: uel status certius appellari.

### De Genere deliberatiuo.

Iam nūc decursis Cōstitutiōibus cōtrouersiaz: deliberatiui & demonstratiui generis Statum uideamus. Nam & causarū tria genera eē dubium non ē: & in omni cā statum debet uersari: h̄ in deliberatiuo quādā qualitatem negocialē consistere: quod de futuro deliberat: existiarint. Tamen ita qualitas plerūq; cēsenda ē: ut alii quoq; status huic generi posse accidere non negent. Nunc status in talibus ita repperiri posse firmamus: ut nō ex intētōis depulsiōe: quem admodū in cōflictibus mōstratum ē: regulā teneamus. Quid. n. aut qd intēdet uel ordine soluto persuasor dissuasorue cōfligent: euz alterū deligere in astruētiōibus nō uetetur: S; tamē accusatoris partes dissuasor uidet arripē. Qui. n. inhōestū uel iutile illud: qd dissuadet ostēdit: pcerto ipsū uidet accusār negotuz. Persuasor uero partes arripit defētoris: & negotii tractatū qlibet obiectiōe cōtrarie tatis absoluit. Ex quo & persuasor intēdet: & dissuasor depellerē memorādi. Ac sic cōflictōe partiū scā status poterit apparē: ut in ta

li cā crebro ad muros exercitu confugiente deliberat imperator utrum diruat muros exscindi: cum dicit: Nonne uidetur: si feceris accusare. Deinde grauius & seditiose id exercitum perpeffurum. In quo coniectura fiet de commotionis euentu. Ac mox si dicat uictoriam non uocandam: si praesidium ciuitatis exscinditur. Finis accessit. Diffiniendum quippe qualis status moenium uictoriam faciat celebrari. Tunc si dissuasor addat sine consilio senatus id fieri non debere. Praescriptio etiam uidetur accedere. Certum est igitur & intentionem dissuasori iure signari. Et deliberatiui cunctos status promptius apparere. Sciendum tamen: ne dissuasor uelut sententiam dicens prohibeat tanquam iudex: cum eius officium hoc sit: ne faciat persuadere inhonestae rei: uelut inutilis ratione monstrata.

## De genere demonstratiuo.

Iam nūc in demonstratiuo: quae admodum status emergat: non est facile memorari. Idcirco quia non ita laudem uituperatio confectat: ut quisquis laudabilis non est: uituperabilis habeatur: uel contra. Qui uituperatione caruerit: laudibus fastiget: Ut si laudabilis ex eo quis dicatur: quia homicidium non commisit. Est ergo medium nomen: quod priuationem placuit memorari: propterea quia laude priuatur. non confestim uituperationi permittitur: uel contra. Sic tamen status demonstratiui generis apparet. cum laudatorum: uituperatorumque constitutus: & uituperatori accusatoris intentionem laudatori defensoris partes adiunxeris. Aut illud subtilius conformatur: ut auditor inter laudem & uituperationem librat: uelut aduersanti loco ponatur. Non enim aequum laudandum quem laudabilem demonstraris. Non illi talis intentio est: ut laudabilem nondum credat. Aduersum quam intentionem laudatori certamen est: uel uituperatori: in superiori astruente quodam conflictus euidens approbet: ut cum alius quempiam laudat: & alter accusat: Ut Catone; Tullius laudat: Et duobus uoluminibus Caesar accusans. Ex quo colligitur omnium causarum genera statibus percensenda. Hoc reperto: naturam causae discuties: quae aut simplici: aut duplici quaestione: aut multiplici continetur. Simplex est: cum unum quod in tota actione disquiritur: ut Clodium Milo ne iure necauerit. Illud uero quod per indicationem posteriore loco disquiritur: uter utri insidias compararit. Non est singulare: sed iunctum ex duplici coniectura: quam

## Q VINTVS

græci δὲ τῆς τῆς ὀπίαν nominant. Sed incidens quæstio genitū cau-  
 sã facere non potest. Duplex tum ex rebus fit: ut pro Cælio de  
 auro & de uenẽo. Tũ collatiõẽ: ut p̄ Roscio: Fili⁹ ne patrẽ: an inimici  
 iugularint. Multiplex uero ex plurib⁹ qõnib⁹ cã consistit: ut repetũ  
 darum omnes Verrinã: Et pro Scauro de Bostaris nece. De Arinis  
 uxore: & decimis tribus exquiritur. Dehinc ductus causã inspici-  
 endus est. Ductus autẽ est agendi per totam causam tenor sub ali-  
 qua figura seruatus. Sunt autẽ ductus quinque. Simplex: subti-  
 lis: figuratus: obliquus: mixtus. Simplex: cum non aliud est in  
 agentis consilio: aliud in uerbis: Vt si bene meritum laudes: ac no-  
 xium accuses. Subtilis: cum aliud uult animus: aliud agit ora-  
 tio: Vt quidam abdicat filium: q̄ amicos non habeat: Hic non ue-  
 re abdicat: sed ut amicos habeat: terret. Figuratus est: cum aper-  
 te quid dicere prohibet uerecundia propter obscœna: & significatio-  
 ne alia atque integumentis uestita monstratur. Obliquus ẽ: cũ  
 metus impedit aliquid dicere liberẽ: & per quosdam faciendi cunicu-  
 los obiiicienda monstramus. Vt in hoc: Tyrannus: qui sub aboli-  
 tione tyrannidem posuerat fortiter fecit: petit præmii nomine armo-  
 rum arcisque custodiam. Magistratus contradicunt. Mixtus au-  
 tem ex utroque componitur: cum & pudor & metus impedit liber-  
 tatem: Vt Tyrannus: qui duos filios habuit: Quorum uni uxor  
 iniqua infamis fuit: cuius maritus se suspendit: Cogit alterum fli-  
 um eandem ducere: contradicit. Hic non incestum libere: nec tyran-  
 nidem potest obiiicere. Hi sunt ductus artificiose tractandi: & per  
 totam orationem subtiliter diffundendi: qui color hoc separantur.

Quod Color in una tantum parte: Ductus in tota causã serua-  
 tur. Ductus reperitur ex causatiuo litis: hoc est ex re: quã contro-  
 uersiam facit: quã aut præteriti temporis est: Vt an Aiace[m] Ulixes  
 occiderit: quã ductum simplicem tenet: Aut si præsentis uel futuri  
 temporis fuerit: omnes ductus admittit. Ergo ductus de consilio  
 nascitur. Consilium ex causatiuo litis exoritur. Causatiuum li-  
 tis est: quod facit dubitationem: ut in illo Tyranni: causatiuum  
 litis est. Quod Tyrannus custodiam & arcis postulat & armoru-  
 3: Hunc ductum seruatum testatur prima Philippica: quã mira sub-  
 tilitate dominatum Antonii latenter insinulat: ut omnia dicens: nil  
 aspere dixisse uideatur.

## LIBER

### De Argumentis.

His omnibus conquisitis argumenta uidenda sunt: quibus ad quoniam ambiguum fides ualeat adhiberi. Fides autem tribus fit modis. Conciliando: docendo: permouendo. Illa prior aethica. Sequens apodictica. Tertia Pathetica noxiatur. Conciliatio: in tota causa uti conueniat. Tamen in principiis uberius insistendum: & in commouendo maxime uigere debet epilogus. Docere autem praeter ceteris debet ipsa narratio: Quamuis diluendis quoniam: obiciendisque criminibus non dissimilis operetur abstractio. Nunc de argumentis incipiamus.

### De Argumentis iterum.

Argumentum est ratio: quae rei dubiae fidem facit. Res dubia est. Intentio & Depulsio: uel Ratio & Infirmatio rationis. Cum enim obieceris occidisti: ut doceas argumentationem firmare: maxime cum negatur et ipsum non occidi. Exigit argumentum: in ad faciendam fidem etiam illa: quae inartificialia noxiatur: debeant adhiberi: ut tabulae: testimonia: quoniam: quae post discutienda seruabo. Nunc argumenta tractentur: quae aut in negotio: de quo agitur posita sunt: aut illud attingunt. In ipso: tum totum: tum pars eius: tum nota: quam graeci *ετυμο λογία* dicunt. Attingunt uero negotium: quae ad id relatiuorum ratione dicuntur. Et sunt numero. xiii. a Coniugatis: a genere: a Forma uel Specie: a Simili: a Differenti: a Contrario: a Coniunctis: ab Antecedentibus: a Consequentibus: a Repugnantibus: a Causis: ab effectis: a Comparatione. Cuius sunt partes tres. Maiora: Minora: Paria. Apparet in omnibus relatiua in ratione. Nam coniugatum alterum alteri noxiatur: & genus & species ad se relata fiunt. Ipsum est simile alicuius assimilabile est: & omnis loci argumentorum non ex se: sed ex alio nomen accipiunt.

### De Diffinitione.

Igitur totum: quod dubium discutitur: diffiniri primitus oportebit: & sic argumenta tractare hoc modo. Sit res dubia: utrum utilis eloquentia uideatur. Eloquentia totum est. In toto igitur diffinienda est sic. Eloquentia est bene dicendi scientia. Bene dicere autem utile est. Vtilis est igitur eloquentia. Cui loco tractando subsidio est Dialectica: quam nuper audistis: per quam cognitum puto: Quid sit Genus: Quid Species: uel Differentia: Proprius: Accidens: ceteraque: quae eius praecepta tenuerunt. Tamen ut potero: haec breuiter: strictimque percurram.

## Q VINTVS

### De Genere.

Genus est igitur ad multas species: differentiasque notio pertinet: ut animal quod refertur ad hominem. pecudem. auem. piscem: catraque: quae non tantum numero: sed etiam specie disparant. quae alia aerea: alia aquatilia: terrenaque: alia rationalia: alia rationalis expertia: quae sub uno nomine collecta cum fuerint: nomine generis appellantur.

### De Specie.

Species est: quae a genere pendens alia continet numero tantummodo congregata: ut homo continet & Demosthenem & Ciceronem: quibus una species est: sed numero distant.

### De Differentia.

Differentia uero est sufficiens quaestioni discretio: ut si quaeratur inter hominem: leonemque: quid intersit: respondeatur: quod homo mitis: leo ferus sit: quod quidem nec homines a mitibus ceteris: nec leonem a feris aliis distinguit animalibus.

### De Proprio.

Proprium est: quod rem aliquam ab hominum communiōe discernit: ut risus. Hoc enim non est homini commune cum ceteris.

### De Accidente.

Accidens est: quod in aliquo positum: nec pars eius est: nec separari ab eodem potest: ut per se possit existere: ut color in corpore: in animo disciplina.

### Argumentum a parte.

A parte uero argumentum: non ad totum probandum ducitur. Sed ad aliam partem: quae continet quaestionem. Non enim probata pars totum probat: utpote si oculus uidet: non ideo totum corpus uidet: cum refutetur totum uidere corpus. Sed dialecticus iste tractus est. Nunc quemadmodum argumentum a parte ad partem summatum ostendatur: Si pedes: si brachia tueri debemus: utique oculos diligenter afferuare. Cuius argumenti loco incurrere aliquando & aliud potest: quia a minore ad maius dicitur. Nec tamen ideo principalis argumenti ratio perturbatur: quia geminari aliquantum argumenta natura permittit: hoc saepe contingere & in figuris solet. De quibus postea nobis erit dicendum. Fit nonnunquam & in hoc modo a partibus argumentum: cum inducta partitione: & propositis partibus pluribus: ceteris refutatis aliquam concludimus partem: in qua sit quaestio constituta: Vt si dicas: equum hunc: quem habes: aut emisti: aut dono accepisti: aut natus est domi: aut fu-

## LIBER

ratus es. Nō autē emisti: nec dono tibi traditus est: neq; natus est do-  
mi: furatus es igitur.

### A Nota uel Etymologia.

A Nota uel Etymologia: ut graeci dicunt: summimus argumē-  
tum sic: Si consul ē: qui consulit Reipu. quid aliud Tullius fecit:  
cum affecit supplicio coniuatos! Quo in loco origine; uocabuli tā-  
tam oportet attendere. De Negocio.

Ab his uero: quae negotium uident attingere: argumēta ducun-  
tur hoc mō. Primū a conitigatis: quo uno noīe proposito princi-  
pali per eius deriuatione; casu aut tēpore cōmutato aliqd approba-  
mus: Vt si pietas uirtus ē: Quod pie factum ē: laudari oportet. Cō-  
stat. n. laudabilem eē uirtutē. Qui locus a superiore hoc differt: quā  
aliud ē: unde nomen impositū fuerit: per scrutari. Aliud per cogna-  
tionem uerbi ab alio deflexi argumenti uim summere.

### A Genere ad Speciem.

A Genere autē: Cum quod in toto ualet ad Specie quoq; dedu-  
citur: Vt si uarium & mutabile quiddam est foemina. Dido etiam  
uaria: mutabilisque uideatur: possitq; ex amore in odium commu-  
tari. Hac rōne illud Cicerōis astruit. Nam cum oīum prouinciarū  
sociorūq; rationem diligenter habere debeatis. Tum praecipue Sici-  
liae o Iudices: Hunc locum ille a toto uidetur imitari. Sed interest il-  
lud: quod in illo a diffōne: hic ab ipsa ratione: qua genus ē: argumēta  
ducunt. Et quod in genere totū ē: quod totū diuisione perit: gen-  
net ēt partibus distributū. A Spē uel a Forma.

A Spē uel a Forma ducit argumentū: ut fidem generali faciat  
quōni: ut Cice. in Philip. Est quada actio lex. Actum. n. genus ē le-  
gis: quod a spē. i. lege lata a Casare cōprobatum ē. Quod ite; cōfir-  
mat a similibus. Quae acta Gracchi: leges Sēpronia pferent. quae  
Syllae: Cornelia.

### A Simili.

A Simili per se: ut Helēa Troianis: Sic ciuibus belli semē tu fui-  
sti. Item ut saepe homines a gri morbo graui cum aflu: febriq; ia-  
ctantur &c. Huic dissimilitudo cōtraria est: quae a Cicerone differē-  
tia nominatur: Quae res inter se diuisas: non aduersas ostendit: Cu-  
ius Cicero ponit exemplum in Verrem. Sed tu idem fecisse eris aflu-  
mandus. Si eodem consilio fecisti: Hoc & in personis ostenditur: &  
in rebus: & in tempore: & in locis: & in aliis: quae nunc memorare  
longissimum est.



## Q VINTVS

### A Contrario.

A Contrario: ut uita & mors: Ex quibus Terē. sic. Nam si illū obiurges: uita q auxiliū tulit. Quid facies illi: qui dederit damnū aut malum: Cicero in tertio Philippicā contra Antonium ecōtrario argumentatur dicens: Si ille consul fustuarium meruerit: legiones quid? quæ consulem reliquerunt.

### A Coniunctis.

A Coniunctis autē fides petitur. Cum quæ singula infirma sūt: Ea cōiūcta uim ueritatis assūmunt: Vt si qd accedit: ut tenuis antea fuerit: Quid si ut auarus? qd si ut audax? qd si ut eius: qui occisus ē inimicus? Singula hæc: quæ non sufficiunt: Iccirco cōgregata ponuntur: ut ex multis iunctis res aliqua confirmetur.

### Ab Antecedentibus.

Ab Antecedētibus: sicut Cice. Cū ille nō dubitauerit aperiri: qd cogitauerit: Vos potestis dubitare quid fecerit? Præcessit. n. pradiatio: ubi est argumentum: secutum ē factum: unde ē quæstio.

### A Consequentibus.

A Cōsequētibus uero cōuersim: ut qd in antecedētibus sit argumentum in sequētibus hoc mō: ut si hoc secutu ē: illud præcesserit: Vt si peperit: cū uiro cōcubuit. Exēplū de Verrinis. Si finē edicto pratoris afferunt Kalendæ Ianuariæ. Cur nō initium: quoq; nascit a Kalendis Ianuariis.

### A Repugnantibus.

A Repugnantibus argumētū ē: cum ostendit duo sibi cohære nō posse. Verbi cā: ut & Parasitus qs sit: & ridiculus nō sit: quæ per negationē simul eē nō posse prædicant hoc mō. Nō & parasitus ē gnato: & ridiculus non ē. Eius loci exēplū est in re magis ipsa q̄ forma uerboꝝ. Is igr̄ non mō a te periculo liberat? Sed etiā honoꝝ amplissimo ornatus. Arguit domi suæ te interficere uoluisse: & in Cornelia prima repugnā dicit: ut diuisores: quos honoris sui mīstros eē uoluerat: lege ambitus uellet affligere.

### A Causis.

Causarum locus late patet: & multa disputatione tractatur. S; nunc forma; eius satis fuerit demonstrare sub hoc exemplo. Sed cum ob tua Decreta: ob iudicia: ob imperia dabantur: Non est ita querendu; cuius manu numerarētur: Sed cuius iniuria cogerent. Sic & Virgi. Mene fugis?

## LIBER

### Ab Effectis.

Ab effectis fit argumētum: cuꝫ in causa dubitatio ē: ut fatū probetur ex eo: q̄ hoīes ēt inuiti suabātur in uita. Fatū, n. ē causa uel uitæ uel mortis. Illa uero effecta sunt fato uiuere posse: uel mori: Cice. hinc probat. Auli hircii uitam: quæ populo cara ē. q̄ ei populus plaudit: Hoc & Virg. Degeneres aīos timor arguit. Nam timor ē causa: ut degener sit aīus: quod timoris effectum est.

### A Comparatione maiorum.

A Cōparatōe maiorū q̄s dubitet a Siculis petisse pecuniā Verrē: cū a Marco Octauio ligure postularet? Virgi. Tu potes unanimes armare in proelia fratres. Ex hoc utiq; probat & aliēos posse quod minus ē. Terē. Nam q̄ mētiri aut faller instituerit patrē aut matrē: audebit tanto magis & ceteros.

### A Minorum Comparatione.

A Minorum Comparatione: ut est Publ. Scipio Pontifex Maximus Tyberium Grac. mediocriter labefactantē statum Reipub. priuatus iterfecit. Deīde iungit q̄nē: ubi mod⁹ ē quidā. Catili nam orbē terræ cade atq; incēdiis uastā cupiētem nos consules perferemus? Ex hoc Terē. loco illud. Hic parua consuetudinis cā huius mortē tam fert familiariter.

### A Parium Comparatione.

A Parium Comparatiōe Cice. Et si non minus itūcūdi atq; illustres sunt hi dies: q̄bus nascimur. Et in Pisonē nihil interest utrum ipse consul improbis contiōibus perniciosis legibus Rempu. uexet: an alios uexare patiatur.

His iḡ breuiter demonstratis: illa quæ non excogitant ab oratore: Sed a causa: aut a reis suggerunt. In tribus: ut diximus: rebus posita sunt. In scriptura: ut tabularum. In auctoritate: ut testium. In necessitate: ut tormentorum.

### A Scripto.

A Scripto argumētum petitur. Cum ad dubia rei probatione: uel chirographum: uel testamentum transactionis: aut tabula recitantur: ceteraque huiusmodi: Quæ ita nota sunt: ut exempla de oratione non quarant.

### Ab Auctoritate & Testimonio.

Ab Auctoritate uero: ut Africanum dixisse iure cāsum eē Tiberium Gracchū: aut cum testimonio: quo ueritas nudetur: afferit:

## Q VINTVS

ut Gnetum Pomp. demisso frumēto celeriter testem nobis orator inducit. Auctoritas igitur aut iudicantis: aut testis est. Huic parti adiunguntur oracula: ceteraque id genus.

### A Neceſſitate.

Neceſſitas uero dat fidem ex tormētis aut ſomno: aut furore: aut uinolentia. Quæ uocem alicuius rei extorquet inuitis: Quæ omnia cum ad cōiecturam cauſa: perſona: facto adduntur: id eſt ipſo teſtimonio: uel confeſſione: uel ſcripto capiūt fidē: uel amittunt. Nam nec cauſa dicentis attendit: & perſona tractatur. Et ipſi ſcriptura ſecum: aut cum cauſa qualitas comparatur.

Sequitur ut ad ea: quæ conciliant: aut permouent auditores: intentionem ſuam ſiccat aſſertor. Quoniam ad fidem faciendam hæc quoque pertinere prædiximus. Cōciliantur igitur animi: tum perſona: tum rei dignitate. Perſona aut auditoris: aut Rei uel ipſius oratoris: aut aduerſarii. Auditoris ſic. Quales te antea Publicæ rei præbuiſti: Cum huic eidem quæſtioni iudex præſſes: talem te nobis & populo Romæ hoc tēpore impartias. Rei uero: ut pro Deiotaro: Quæ ornare antea cuncto cum ſenatu ſolebā pro perpetuiſ ei in noſtram Rēpublicam meritis. Oratoris uero: cū de ſe nō ſuperbe: ſed moderate loquitur: Quale illud eſt. Cū quæſtor in Sicilia fuiſſem o iudices. Itaque ex ea prouincia deceſſiſſem: ut Siculis oibus &cæ.

Sed hæc plenius in exordio præceptis differam. Ab aduerſarii uero perſona conciliatio fit: dū illi iniquitate aut arrogātia demōſtrata nra modēſtia cōmendatur. Sed hæc poſterius & in principiis quæ nunc non orationis partes: ſed dicēdi formas: & faciēda fidei ipſes numeramus: Quo loco pathetica quoque dictiōis attendimus facultatem: cuius uis uel in comunibus locis: uel in epilogis maxime cōtinetur. Mea primordia quidem apud ueteres hæc animorum permotione carere: Quod tunc demonſtrabitur: cum ordiendi præcepta tractabimus. Interim generatim: quibus mentes affectibus incitentur: nulla partium diffinitione ſignabo.

### De Commotione animorum.

Commouent igitur auditores aut miſeratione: aut odio: aut inuidia: aut metu: aut ſpe: aut ira: ceteriſque ſimilibus. Miſeratione: cum calamitates alicuius magno dolore tractamus. Cum iniquitatem temporis uel periculi magnitudine meoramur: ut in ſeptima Verriarum: Patres hi quos uidi. &cæ. Ab odio: cum aduerſarii fa-

etiam uel uiris bonis: uel iudicibus ostendit execrandum: ut cum iudicum corruptio docetur a Verre iactari. Item cum in auaricia: icelere: periurio uos sui similes esse arbitratur. Inuidia est: quæ quodam liuore inficit auditores: Vt est. quod ad tuam ipsius amicitiam ceterorumque hominum magnorum atque nobilium faciliorem aditum istius habet nequitia & audacia: quam cuiusque nostrum uirtus & integritas. Item istum rebus omnibus undique ereptis impune elidentem circumfluere & abundare. Potest quidem & illa res auditorum mentes incedere: ut si alicuius exaggeres tyrannicum spiritum: aut potentiam non ferendam. Metum uero excitari uel propriis: uel communibus periculis. Propriis: ut hoc est. Iudicium: in quo uos de reo Publica res de uobis iudicabit. Cõibus autem: ut est. Videor mihi uidere hanc urbem lucem orbis terrarum: arcem omnium gentium subito uno incendio concidentem. Spe quoque animi perturbant: cum beneficia aut obsequia permittunt: ut cum fidem Milonis Pompeio pollicetur: & Calii in omni uita seruitium obstrictum uobis ac liberis uestris habebitis. Ira etiam uehementer animos turbat: ut cum exaggerat & exclamat Tullius in curia sedere socios Carilina. O Dii immortales ubinam gentium sumus! Quæ Respublica hic habetur. In qua urbe uiuimus! hic hic &cæ. Similes alii permiscetur affectus: qui cum ad persuadendum plurimum ualeant: extra causam tamen sunt: nec apparere in oratore manifestius debent: ne insidiis iudicem capere: non ratione deducere uideatur.

## De Dispositione.

His igitur ad fidem faciendam prudenter intuentis ordo fertur sociandus: Quæ pars Dispositio uocatur: quia quid dicendum: quo ue loco: quid penitus omittendum: Quomodo etiam: & quando: & ubi prudenter inspicimus. Duplex igitur huius partis est ratio. Aut enim naturalis est ordo: aut oratoris artificio comparatur.

Naturalis: cum post principium. Narratio. Partitio. Propositio. Argumentatio: Conclusio: Epilogusque consequitur. Artificio oratoris: cum per membra orationis: quæ dicenda sunt digerimus. Et hoc ex causa utilitate: non ex temporis serie coaptamus: Vt pro Milone factum: cum quæstiones quasdam ante Narrationem: ut præiudicia refutaret: induxit: Quod non ex ordine naturæ: sed ex causa utilitate mutauit. Et pro Cornelio primo refutata sunt crimina: quæ secuta sunt tribunatum. Post ad ipsum tribunatum recur-

## Q VINTVS

fus est factus: Quæ dispositio artificialis: ut diximus: nominatur.

In Verrem autem naturalem temporum ordinem tenuit: ut primam quaesturam: tum legationem: Deinde duas ei praturas obieceret seruata temporum ratione: Quam nisi causæ repugnet utilitas: necessario prosequemur. At ubi maiora quæque potissimum & inuidiosiora purganda sunt. Ab his summitur refutationis exordium: ut pro Cluentio coniecturam partibus expeditis ad perscriptionem legis accessit ordine uidelicet commutato: Ne si Cluentium legis assertionem non defenderet: fugere causam diffidentia uideretur.

### De Elocutione.

Duabus his officii partibus absolutis Elocutionis cura est intromittenda: Quæ cum conitet in singulorum animaduersione uerborum. Hoc ab eloquentiæ nomine separatur. quia illa totius operis oratorii uirtus est. Hæc pars habetur officii: Cuius Cicero duo quasi fundamenta: duo dicit esse fastigia. Fundamenta sunt latine loqui: planeque dicere: Quorum unum grammatice loquente didicistis: cuius eius uobis insinuata est subtilitas. Fastigia uero sunt copiose ornateque dicere: Quod non ingenii: sed laboris est maxime: exercitatiois etiam diuturnæ: Quia non solum uberius: sed illustrius quoque facultas acquiritur. Huius rei duplex ratio est. Una: qua in singulis uerbis lumen appareat. Altera ut dignitas eloquendi copulationis ipsius decore seruetur. In singulis uero rebus aut proprium aut translatum: mutatumque congritur. Propria sunt uetusta præcipue: Nam tunc cum proceres uel nescirent hæc dicendi ornamenta: uel appetere non auderent: propriis utebantur. Sed quia uerborum ueterum iam exoleuit usus: non sunt audacius usurpanda illa: quæ cum ætate mutata sunt. Itaque hallucinari: & cæcitate: & caperantur: similiaque prætereuntes utemur his: quæ consuetudo recipiet. Nec tamen sordidis: nisi cuius rei: sententiæque uis exigat: ut Cicero uolens crudelitatis inuidiam facere ait. Gurgulionibus eiectionis reliquerunt: & uirgis plæbem Romanam concidere. Nec indecore Virg. uitandæ humilitatis aucupio lychnos pro lucernis ait. quia si sua res propria uerba non habeat: nouanda sunt: aut alienis utendum. Nouantur autem duobus modis uerba: aut quadam fictione uerborum: aut de clinatione præsumpta: aut duorum. Quæ usitata sint coniunctione composita. Fingunt maxime: cum transferimus: ut qui τοιοῦτης qualitatem esse dixerunt: Quod nomen nunquam fuerat in latinis: quo

& auriibus temperandum: & insolentia fugienda: Quam titans Ci-  
 cero Soterem saluatorem noluit nominare. Et ait: Qui salutem de-  
 dit. Illud enim nimis insolens uidebatur. Deriuatione quoq; fiunt  
 uerba: quae grammatici paragoga nominarunt: ut dicimus: Florea  
 rura: & campique uirentes ossibus albert: q; satis crispa flexice Ora-  
 tius albicant dixit. His plerūq; grammatice utitur. l; Tullius glandi-  
 feras possessiones dicat. & grandiloquos oratores. Huic diligentia  
 subiungitur translatorum cura uerborū: cum res aut sua non inue-  
 nit uerba: Aut cum uolumus splendidius aliquid explicari. Er-  
 go aut inopia: aut decoris causa transferuntur. Inopia: cum dicim<sup>9</sup>  
 gemare uitem: & luxuriare segetes: lataq; perhibemus. De sunt. n.  
 ppria: & comodantur ascita. Decoris uero: ut bellum subito ex-  
 arsit: cum potuerit dici: exitit. Et item possumus ab omnibus sensi-  
 bus mutuari: ut ab oculis lux libertatis: & odor legum. Et silent le-  
 ges inter arma. Et a gustu. O nomen dulce libertatis. Verum non  
 debet eē hae translatorū: alienorumq; uerborum affectatio sine mo-  
 deratione captari. Nec longe petita debent esse translata: Vt si dicas  
 Luxuriosam Charybdim. Vitandum quoq; ne turpis sit similitu-  
 dinis usurpatio: ut si dicas Castratam Africam mortuam Rempu.  
 Aut Clodium stercus Senatus. In hoc genere transferēdi etiam alle-  
 goriam poetae praecipue nexuerunt. Et Cicero: cum dicit senatum a  
 gubernaculis deiecesses: Populum Romanum enati exturbasses.  
 Ipse archipirata cum grege praedonum impurissimum plenissimis  
 uelis nauigares. Et in Pisonem: ut qui in maximis tempestatibus  
 ac fluctibus Reipublicae nauim gubernassem: Saluaq; in portu col-  
 locassem. Frontis tuae nubeculam: & collega tui contaminatū spiri-  
 tum pertimescerem. Usurpatis ergo his similiter pluribus uer-  
 bis elocutus est: quae suis fortasse angustius aut humiliter diceret.  
 Item translata quodammodo sunt: quae aut ex parte totum: aut ex  
 toto partem: aut ex uno plures monstrant: aut ex pluribus singula.  
 Ex parte totum: ut in puppim ferit unda. Aut me hisdem parietib<sup>9</sup>  
 tuto esse tecum pro eadem domo. Hunc Tropum Metonymia gram-  
 matici memorauerunt. κατέχρησιν etiam graeci: quae nos abusionem  
 dicimus: Vt cum perhibemus naturam Deorū pro substantia. In  
 coniunctis uero uerbis orōnisq; cōtextu seruanda sunt hae: ut cōstru-  
 ctio coaugmētata & cōclusio perfecta pueniat. Et quodā schēma  
 te dictio uenustet. Iam compositionis praecpta percurram: cu/

## Q VINTVS

ius uitium maximum est hiulcas & asperas uoces. Frenos etiam Iotacismos. Metacismos. Labdacismos. Homœoproferō. Dispropheron & Polyfigma non uitare: uel cuiuilibet litteræ assiduitatem in odium repetitam: ut sale saxa sonabant. Et Casus Cassandra canebat. Metacismus est: cum uerborum coniunctio. M. litteræ assiduitate collidit: ut si dicas: Mammam ipsam amo quasi meam animam. Labdacismus est: ubi. L. plurimum dissonat: ut si dicas: Sol & luna luce lucet alba leni lactea. Iotacismus: ut si dicas: Iunio iuno Iouis iure irascitur. Polyfigma: ubi. s. lra crebrius geminat. Sofia in Solario Soleas sarciebat suas. Homœoproferon est: Cum dicitur O Tite Tute Tati tibi tanta tyrane tulisti. Dispropheron: ut si quis dicat: persuasitricis: præstrigiatricis atque inductricis tygres. Aspera inter penultima: ultimamque uerborum maxime uitanda: cuius exemplum est: ut si dicas. Phaleras ablatas gratis: aut si iuret auriga per lora: per flagella: per frena. Hiulca sunt: cum in ea parte: quam diximus: similes uocales: ac similiter longa collisam: hiantemque structuram faciant: ut si quis dicat suscepisse se liberos secundo omine: & ut Tullius pro Milone ait: auctoritate publica armare. Quod quidem artem dissimulans plerumque appetit uoluntate. Vitandum similiter ne in eodem loco tres aut quatuor longas: breuesque continue ponamus: ne uel in notissimos uersus: & maxime heroicis structura fundatur. Iambicosque uersus: quos Cicero non euitet: cum dicit. Senatus hæc intelligit! Consul uidet. Et heroici uersus finem uel initium non declinet: Cum dicit: O miserum: cui peccare licebat. Et in Academicis. Latent ista omnia Varro magis obscurata & circumfusa tenebris. Et in Verrinis: plenum uersus una quidem syllaba mutilum fudit: Cum dicit: Cum loquerer tanti fletus: gemitusque fiebant. Nec finem uitauit elegi: sicut ait. Oderat ille bonos. Incurrit etiam in endecasyllabi phaleutici petulantiam dum dicit. Successit tibi Lucius Metellus. Hic tamen uir & longo opere: & ipsa sui maiestate defenditur. Caterum in clausulis uitiosissimum reperitur. Animaduertendum autem ne cum similitudinem uersus effugimus: bonam clausulam transeamus: ut si timeas dicere: strepitumque plagarum: cum pla. longa sit: & bonam clausulam fecerit. Vitandum etiam in eodem loco Cacephaton uel in terpositione: uel commutatione uerborum. Inhonesti enim exempla sunt: ut Arrige aures Pamphile: Atque erepta uirginis ira.

his enim sordescit oratio. Vitādi etiam freni: qui fiunt ex asper  
rimis litteris in unum concurrentibus: ut est illud Terentii in Ecy  
ra. Per pol q̄ paucos reperies meretricibus fideles euenire amatores  
Syrā. Et ab iisdem litteris incipientia: ut est: Non fuit istud iudi  
cium iudicii simile Iudices. Et in eadem desinentia: ut fortissimo  
rum proximorum: fidelissimorumq; sociorū in eodem uitio habē  
tur. Itē penitus fugiendum breues syllabas continuas q̄ plures:  
ut est illud Sereni. Perit Aui pedis animula leporis.

## De Pedibus.

His breuiter intimatis pedes sunt asserendi: quibus clausula de  
center aptentur: Quos quidem Cicero quadam permixta confusio  
ne perturbat: dum dicit Modo ditrocheo ionicum concludendum.  
Modo Peonem primū probat incipientibus. Modo finientibus: Mo  
do Dochimum: qui constat breui: duabus longis: breui & longa:  
Cuius exemplum posuit: Amicos tenes. Item Amphimactuꝝ pe  
dem & rursus dactylicum numerum laudat. Modo anapesticum:  
Modo deuteriambicum laudat: nec tamen certa Scientia ē. Ego  
tamen compendiosiora percurram: ut in hac sylua quibusdam ui  
dear praeire tramitibus.

## De Monosyllabis.

In Monosyllabis inspiciendum est: utrum finalis longa breuis ne  
sit. Si. n. longa est: praeire debet Trochaeus: ut ē illud Ciceronis. Nō  
scripta: sed nata lex: Aut debet esse legum in Republi. prima uox:  
qua tamē pendēte sensui apta cōclusio. At uero si breuis fuerit mo  
nosyllaba: Iambus aut Anapestus antecedit: ut ait Salustius: Tota  
autē insula modica & cultibus inanis ē. Breuē uero breuis: aut lon  
gam longa non sine uituperatione sectatur: ut si dicas: Ista res mea  
ē: aut contra: Quod Cicero pro Ligario: Nam tu euꝝ patria priuar  
qua caret: Sed uita uis. Quod uoluntate orator non errore compo  
suit. Verum hoc de monosyllabo superius praeceptuꝝ in Colo me  
lius collocamus: aut commate non in fine sententiae.

## De Dissyllabis.

Dissyllabi uero iambico numero non iure clauduntur. Sꝫ si pe  
nultimus Spondaus: mox Iambus aptetur: ut si dicas: Tenui suos  
meos. Aut Pyrrichius pro Iambo: ut Consul uidet. At bona



## Q VINTVS

clausula est ex Iambo & Spondaeo uel ultimo trochæo: ut si quis dicat. Patria continet bonos ciues: uel asserit caput legis. Cauendū est autem: ne aut duo iambs: aut iambus & pyrrichius in fine ponantur: ut si quis dicat pugnare iuuenes pro parentibus suis. Cauendū etiam ne pyrrichius post pyrrichium ueniat: & quatuor breues faciat: ut si quis dicat: perdidit bona mea. aut post pyrrichium trochæus: spondaeus uel: ut si dicas: Conqueritur tua fata. aut imputat sibi demens. Sed & trochæus & iambus: uel pro iambo post trochæum pyrrichius malam clausulam faciunt. Hunc enim finem elegiaci pentametri turpiter reddit. Quid enim interest: utrum dicas: omnia nempe uides. An uero dicas: Aspice facta mea. Bene autem ponuntur uel duo trochæi uel trochæus. & spondaeus in fine clausula: ut si quis dicat: Hac est bonorum ciuium magna cura. Aut hac sunt: quæ maximi principes sola curant.

### De Trisyllabis.

Trisyllabis clausulam terminantibus lex est. Si modo eam uel leniter fluere: ut trochæo precedente penultimam Molossus sublequatur: siue longam habeat nouissimam syllabam: siue breuem iure metrico: ut illud est Tullii. Mare fluctuantibus littus eiectis. Est autem pessima clausula: Si pro trochæo penultimo spondaem praelocaueris: ut si dicas Mare fluctuantibus rupes eiectis. Itē pessima: si pro trochæo pyrrichium praemisissis: ut si dicas: mare fluctuantibus Apis eiectis. Itē uitiosa est conclusio: Si nouissimi molossi prima syllaba breuis fiat: quæ uis trochæo rite praemisso. Tunc enim heroicū cōma nascitur: ut si quis dicat littus amicis. Item bona clausula fit: Si pro nouissimo molosso ionicus minor ponatur post trochæum: ut si dicas Mare fluctuantibus littus agitanti. Sed in hac clausula cauendum: ne pro trochæo penultimo spondaeus ponatur: Nam tunc si solueris tertiam molossi: in uitium cadis: in quale incidit Cicero: cum dicit: Si te semel ad meas captas admisero. Si autem penultimo trochæo mediam molossi solueris: pulchram clausulam feceris: ut si dicas: Littus Emiliae. Item trochæo penultimo pulchre etiam tertiam molossi resoluitur: ut si dicas: Littus æquabile. Item si trochæi penultimi longam solueris: & primam Molossi ultimi: fit elegans clausula: ut est: curas regere animorum.

Sententiarum autem figurae haec sunt.

Ironia est simulatio: in qua aliud uerbis significamus: aliud re ipsa sentimus: ut est principium pro Ligario. Nouum crimen. C. Caesar. Paralipsis est praeteritio: cum praetermittentes quadam nihilominus dicimus. Apostrophe est in aliquem districta conuersio: frequens apud Ciceronem ac nobilis figura. Haec est: cum in aliquem sic conuertimus actionem: ut ex ea iudices doceamus.

Diaporesis est addubitatio: Qua figura utimur: cum ueluti dubitantes ab ipsis iudicibus inchoamenti consilium postulamus: ut est pro Cluentio. Equidem quo me uertam iudices nescio. Et pro Cornelia: Pugnem contra nobilissimorum hominum studia: consilia: rationesque eorum aperiam &ca. Erotema est interrogatio: qua figura utimur: cum interrogando aliquid coaceruamus: & exaggeramus eius inuidiam. Pythia est quaesitum: qua figura a superiore eo differt: quod interroganti una uoce tantum responderi potest.

Quaestio autem nisi pluribus responderi non potest: ut cum dicimus: Qua igitur ratione bellum geremus: qua auxilia nobis parata erunt? Quiserit? Qui subuenire uelit? cum tam acerbe socios tractauerimus. Diatyposis est descriptio uel deformatio: cum rebus personisque subiectis: & formas ipsas & habitus exprimimus: ut Tullius pro Milone. Si haec non gesta audistis: facta uideretis. & Milonem in Rheda sedentem penulatum cum uxore. Item Clodium cum equo & delectis uilla egredientem &ca. Antisagoge contraria inductio. Haec figura est: cum aliquid difficile est: & contrarium conferimus: ut Cicero de rege Ptolemao. Difficilis ratio belli gerendi: at plena fidei: plena pietatis. Diasyrmos est eleuatio uel impraessio in hac figura laudantes: qua dicuntur: ab aduersariis nostris dissoluimus: Qualis est in Mureniana. Totus ille in Sulpicium locus de iure civili. Metathesis est transmotio quadam: haec est: Cum res a nobis alio transmouetur: Sed non ita: ut ibi totam eam constitutam? alioquin statim incipit esse non figura.

Quot modis fiat elocutio.

Haecenus de sententiarum figuris: nunc ad elocutionum figuras transeamus. Sed uolo breuiter memorare: quot genera sint elocutionum: Quotque modis ea utendum sit. Est igitur familiaris omnis narrationis generi: quam graeci ἐπιμνηστικὴν appellant: Quae ita connectitur: ut superiorem elocutionem semper proxima sequatur. & historiae conuenit & narrationi: & non conuersum: neque circumscriptum eloquendi ge-

## Q VINTVS

nus desiderat: Sed diffusum atq; cōtinuū: ut illa sunt in Miloniana  
Occidi occidi non spurium Meliū: q; annonæ leuādæ iacturis & cæ.  
Est alia: quam græci περίοδος appellat: quæ finem quādā circū  
scriptione definit atque determinat. Quale ē in Ceciniana. Si q̄tum  
in agris locisq; desertis audacia potest: Tantum in foro: iudicisq; ī  
pudentia ualeret: nō minus nūc Aulus Cecinna cederet Sexti Ebu/  
cii impudentiā: q̄tum in ui faciunda cessit audaciā: Quæ multis cō/  
stat ex membris: quæ κῶλον græci dicunt: & Excesis: quæ κόμμα τῶν  
appellant. Mēbrum est pars orationis ex pluribus uerbis absolu  
te aliquid significans hoc modo. Et si uereor iudices: ne turpe sit p̄  
fortissimo uiro dicere incipiētem timere. Cæsum autem est pars  
orationis ex duobus aut pluribus uerbis: du; quicq; absolute signi  
ficamus. q̄q; cæsam orationē dicamus: eum singula uerba quoduis  
significancia proferuntur: ut est. Quis est Lolli; sine ferro ne nūc  
q̄dem tecum est. Quis est iste Lollius? Armiger Catilina: Stipator  
tui corporis: concitator tabernarioru;: percussor: lapidator curia.  
Et in Verrinis: Comites illi dilecti manus erant tuæ. Accensi. medi  
ci. aruspices. scribæ tuæ erant manus. Verum superior Periodos cō/  
stat ex duobus membris: & ex tribus: & ex quatuor. Interdum &  
sex. Quāuis ex uno membro putent non nulli posse compleri: que;  
μονόκωλον περίοδος appellat: Cū sit colon potius. Optima  
igitur oratio fiet: si nunc ex ambitu periodico. nunc ex illa cōtinua  
tione perpetuæ elocutionis aptetur. Nō nullisq; casis interrupta cū  
fuerit: aliquādo solo consociet. Differt autē figura elocutionis  
a figura sentētiæ hoc. q; sentētiæ figura immutatio uerborū ordine ma  
nei non poterit. quāuis plerūque fieri pōt: ut sentētiæ figuræ cōiungā  
tur. Cum elocutionis figura: ut in Ironia: quæ figura est sentētiæ.  
Epanaphora permiscetur: quæ est elocutionis.

### De Figuris Elocutionis.

Sunt igitur figuræ elocutionis aliæ ad ornādū tātū & quasi pingēdā  
orationem commodatæ. Aliæ uero ad significationis uim intimā  
dam: quibus nunc utimur. Antiteton. i. compositum ex cōtrariis: cū  
uerba pugnantia inter se paribus uocibus colliduntur. Vel paria  
paribus opponunt: ut ē Cicerōis dom' tibi deerat. At hēbas! pecūia  
superabat. At egebas! Aut si dicas: ī pace ad uexādos ciues acerrim'  
ī bello ad pugnandos hostes inertissim' ἰσὸκῶλον exæquatū mē/  
bris: Quod sit nō impugnātib' inter se uerbis: S; parib' exæquatib':

ut si dicas. Classē speciosissimā & robustissimā extruxit. Exercitum pulcherrimum & fortissimum legit. Sociorum maximam & fidelissimam manū comparauit. Parison proprie aequatū. Hac figura differt a superiore: quod ibi omnia membrorum genera paria sunt numero. Hic uno uel altero addito in quouis loco cetera excurrunt.

Homocoptoton simile casibus. Nam ex eo nomē accepit. quod cola omnia in eodem casu cadunt: ut est: Huic socios uestros cōminanti: & ad bellum uos cohortanti: & omnibus modis: ut in tumultu essetis: uolenti. Homocoteleuton simili modo determinatum differt a superiore: quod illud & casu & sono simili postrema uerba determinat. Hoc uero soni tantum similitudine sub quacūque uerbi enūciatione componitur. Paranomasia leuis immutatio uerbi ac nominis: id est cum syllaba aut littera mutata diuersa significat: ut si dicas: Prator est: uel potius prado. Ploce: id est copulatio: in qua idem uerbum aut nomen continuo positum diuersa significat: ut ē Sed tamen ad illam diem Memmius. Memmius ad illud tempus. Memmius in alio. Palinlogio iteratio. Hac figura repetitio uerbo aut nomine non diuersa uult intelligi: Sed uehementius repetita significat: ut est. Nos nos: dico aperte: nos consules desumus.

Epanalepsis est repetitio: hac figura a superiore distat: quod illa eadem parte orationis repetita coniungitur: aut uno altero uel uerbo interposito. Aut hac non una parte orationis: Sed pro ut libuerit sonatis uerbis: ut est. Non potest iam: non potest hac libera ciuitas esse. Anadiplosis est replicatio optima: Cum ea: quae in priore membro postrema ponuntur: In posteriore prima repetuntur: ut est illud Terentii. Negat hanc sibi cognatam Demipho. Hae Demipho negat esse cognatam. Proapodosis redditio orationis: id est cum nomē in postrema parte membri: aut eadem quacūque pars orationis redditur: Ex quo idem membrum coepit: ut si dicas: Publica tibi calamitates imputare debes Republica. Epanaphora relatio: quotiens per singula membra eadem pars orationis repetitur hoc modo. Verres calumniatores opponebat. Verres de causa cognoscebat. Verres pronunciabat. Antistrophe conuersio: hac figura hoc differt a superiore. quod illa ab eadem parte orationis saepius incipit. hac in eadem terminatur: ut est pro Fonteio. Maximus numerus e Gallia pediatas: amplissima copia e Gallia: eques numero plurimi e Gallia. Symploce conexio: nam & incipit saepius ab una parte orationis: & totiens

## Q VINTVS

in unam atque in eandem definit: Vt est. **Quis legem tulit?** Rulluse  
**Quis decē uiros quos uoluit creauit?** Idem Rullus. Polyptotō ex  
pluribus casibus: cū scriptus initium ab eadē parte orationis fiat: illa  
ipsa pars declinationibus aut nūeris imutatur per casus: ut est: **Senatus**  
**iussit. Senatui placuit. Senatum certum ē praecepisse. a Senatu de-**  
**lectus ē.** Synonima ē eomunio noīs: quotiēs uno uerbo nō satis  
dignitatē rei aut magnitudinē demonstramus. Ideoq; ad eandem si-  
gnificationē plura conferimus. Tautologia est eadem pluribus  
uerbis significatio. hoc differt a superiore. q̄ ibi singulis uerbis eadē  
res: in hac plurimis significatur. Climax ē ascēsus: ut ē Cicerōis  
pro Milone. Neque uero se populo solū: sed etiā senatui commisit.  
neq; senatui modo: sed etiam publicis sociis & armis. neq; his tātū:  
uerum et eius potestati: Cui senatus totam Rempub. cōmiserat.  
Asyncheton ē solutum: ut ademptis coniunctionibus: quibus uer-  
ba aut noia connectuntur: singulatim unūquenq; nunciamus: ut  
ē: **Expecto uis edicti: seueritatē pratoris: faueo oratori: cupio: sup-**  
**plico octuplo danari Aphronium.** Diezeugmenon disiunctum  
appellamus: cū diuersis redditionibus uerborū Cola disiungimus:  
siue duo siue plura hoc mō. **Capuā colonis deductis occupabunt:**  
**Tadelā praesidio cōmuniēt. Numeriā cum hac multitudine suoz**  
**obtinebunt. cetera oppida praesidiis deuinciēt.** Antizeugmenon  
iniunctū: Hac figura a superiore hoc differt. q̄ ibi singulis mēbris  
singula diuersa redduntur. Hic plura in uno coniungimus: ut est:  
**Quorum ordo ab humili fortuna/ sordida/ turpi ratione abhor-**  
**ret.** Hoc enim postremum abhorret praedicta coniunxit.

Pleonasmus est plus necessarium: cum uerba quadam dicimus/  
non enunciantia rei necessaria: sed magnitudinis cumulata: ut si di-  
cas. **Antonius ille: cum suffecerit nomen dixisse: ad amplitudinem**  
**adiicimus ille.** Eclipsis est detractio contraria superiori figurā  
cum uerbo aliquo minus dicto rem sentiendam potius praeterimus  
ipsa celeritate gratissima. Hac sunt elocutionis figurā: quas quide;  
non oportet uelut studiose copulatas in unius conceptionis senten-  
tiam conglobari.

### De Memoria.

Nūc ordo praepcepta mēoriae submisstrat: Quā qdē cōstat eē natu-  
ralē: s; & arte adiuuari posse n̄ dubiū ē. Hac ars at breuib' praepceptis  
s; magna exercitacōe foras: Cui' artis hoc mun' ē: ut nō tātū firma:

## LIBER

Verum est celeri comprehensione res uerbaque percipiantur. Tenenda uero sunt non ea tantum: quae a nobis inuenta sunt: sed et quae ab aduersario in agendo tractata sunt. Simonides huius rei praecepta inuenisse perhibet poeta: Idemque philosophus. Cum. n. conuiuii locus subito corruisset: nec possent propinque obritos internoscere discumbentium ordinem: notaque memoria recordante suggestit: Quo admotus intellexit ordinem esse: quae memoriae praecepta conferret. Is uero in locis illustribus meditandus est: In quibus species rerum: sententiarumque imagines collocandae sunt: Veluti nuptiarum uelatum flammis nubentem: aut homicidae gladium: uel arma detineas: Quas species locis tanquam depositas memoria reddat. Nam sicut id: quod scribitur cara continet & litteris. Sic quoque memoriae mandatur in locis tanquam in cara paginaque signat. Imaginibus uero quasi litteris rerum recordatio continetur. Sed ut diximus magnam exercitationem res laborumque congrit. In qua illud obseruari conueniens est solere: ut scribamus ipsi: quae facile uolumus retinere. Deinde ut si longiora fuerint: quae sunt ediscenda: diuisa per partes facilius inhaerescunt. Tum apponere notas rebus singulis oportebit: his quas uolumus maxime retinere. nec uoce magna legenda sunt: Sed murmure potius meditanda: & nocte magis quam interdiu maturius excitari memoriam manifestum est. Cum & late silentium iuuat. nec foras a sensibus uocatur intentio. Est quidem memoria rerum atque uerborum. Sed non semper ediscenda sunt uerba: nisi spatium meditandi tempus indulerit. Sat erit: cui res ipsas animo tenuisse: praesertim: si nihil eius mutare naturali prouenerit.

### De Pronunciatione.

Actionem apud ueteres appellabam: quam nunc Pronunciationem uulgo dici non nescio. Ea praestat orationi: ut conciliet auditor: ut ad fidem persuasione ducat: & aiorum motibus incalescat. Eius partes sunt tres. Vox. Vultus. Gestus. His: ut plerique putant: cultus uel habitus oris accedit. Vox & natura constat: & quadam scientia modificata seruat. In natura qualitas uocis & quantitas dispensatur. Scientia uero quo modo ea utaris assequitur: & quid oporteat obseruare. Bonitas uocis constat claritate: firmitate: suauitate: Quae omnia nutrantur cibi: potus: coitus obseruantia. praecipueque: ut corpus deambulatione moueat intra breue spatium reditu maturato: Qui motus cum digestionem facilem praestet: sine dubio purgat. Et uoce nimia excursio: uel longa deambulatio extenuat ac fatigat. Post hanc deambu-

## Q VINTVS

lationem statim nec ad studia cōferamus priusq; q̄ sit dicēdum uocem lectione coloremus. Nec ab initio clamandum: sed tenui murmure inchoandum: Quo in similem uocem: possis efferre. Ad curandam autem uocem pleriq; pertinere dixerunt: ut sedentes paucissimos uersus lenta & graui proferant uoce. Deinde per gradus paulatim erigāt sonum: per eosdemq; gradus recolligatur oratio: quo sine damno ad murmur usq; perueniat. Vultus uero pro sententiæ dignitate mutandi sunt: Sed non ita: ut histrionibus mos est: Qui ora torquendo ridiculos motus spectantibus præstant. Significanda enim nō spectanda sunt ista: quæ actio uultusque commendat: Sed oculorum in hac parte magna moderatio est: qui tum hilaritate: tum intentiōe: tum minaci mouentur aspectu: Nec nimium grauioribus superciliis præmendi: aut petentibus frontem nudandi sunt oculi: Quod in Pisone Tullius amare uituperat. Nec mollius agitandi sunt gestus: Haud muliebriter latera deducenda sunt: Nec iactanda deformiter ceruix: ne in illas Hortensii deducatur illecebras: Quibus & si uenuste: tamen non uidebatur uti uiriliter. Ad summam non is gestus oratori tenendus est: Quo scana placere uidentur actores. Manus in contentionibus fusa porrectius. In sermocinatione uel narratione contracta: præcipueq; in hac parte præstandum est: ut deceant cuncta. q̄ prudentia magis q̄ ulla præceptionis huius arte seruetur.

### De partibus Orationis.

Iam nunc ordo admonet promissorum: ut partes orationis excurrem: Quas quidam subtilius duas. Alii quinq; non plures esse dixerunt: Qui autem duas asserunt: Vnam: qua docemus iudices: Aaliā: qua mouemus. Aduertunt & in docendo: tam narrationē q̄ confirmationem partes ascribunt. In mouendo autem proxiū & epilogum nexuerunt: Quia & initio præparandus est: & commouendus sententiam prolaturus auditor. Qui uero quinq; dixere partes: rationalem ordinem persequuntur. Nam est Exordiū: Narratio: Propositio: Argumentatio: Peroratio.

### De Exordiō.

Exordium est oratio noscendæ causæ præparans auditorem. Eius uirtutes sunt tres: ut attentum: ut docilem: ut beniuolum faciat auditorem. Attentum facimus: si magna; rem geri: si nouā: si publicam aut plurimam dicimus. Docilem: si de causa aliquid

## LIBER

stricti: quo instruamus iudicem: proferatur. Beniuolum aut a re: aut a persona facimus. A persona autem: aut a nostra: aut iudicis: aut aduersariorum. A nostra: si quod fauorabile gessimus: commemoramus. Aut si quid obest causa: diluimus: uel extenuamus.

A iudicem: si eos nobis uel ex causa ipsius blandimentis: uel extrinsecus conciliamus. Ab aduersariorum autem persona tribus modis: Si eos in odium: in inuidiam: in contemptum adducimus.

In odium: si scelestos crudelesue doceamus. In inuidiam: si eos impotentes esse monstremus. In contemptum uero: si humiles.

Ceterum exordiorum genera sunt duo. Principium & Insinuatio. Principium est: quo statim simpliciter palamque conciliamus nobis auditores. Insinuatio: cum insidioso exordio iudicem circumscribimus. In quo modi sunt quatuor. Primus: cum res ipsa mala est. Alter: cum aduersum nos iudex aliquid contraria opinione praesumpsit: aut fatigatus est. aut acclamatio uel irrisio ulla interuenit.

Ante cuncta discutiendum: quae sit forma materia. Nam sunt quaeque. Honestae: Turpis: Dubiae: Humilis: Obscura. Si honesta est: aut principio non utendum: aut amplificatione exordium concludendum. Si turpis: Insinuatione utendum. Si dubia: beniuolus faciendus auditor. Si humilis: attentus. Si obscura: docilis. Insinuatio uero quatuor modis explicatur. Cum aut personam rei subiectione mutamus. Aut rem personam: aut rem re. aut personam personam. Nam si in causa meretricis agendum est: Rem potius iudicibus spectandam esse dicimus. Aut si libertus alicui: aut cliens agat personam patroni. Non huius considerandam esse admoneamus: atque ita cetera. Vitia uero exordiorum ista sunt. Vulgare: quod in omnes causas cadere potest. Comune: quo etiam aduersarius uti potest. Contrarium: quo melius aduersarius uteretur. Affectatum: quod aut uerbis inusitatis: aut rebus externis profertur. Superuacuum: quod neque attentum: neque docilem: neque beniuolum facit auditorem. Fugiendum praeterea ne satis longum & obscurum sit.

### De Narratione.

Narrationum genera sunt quatuor. Historia. Fabula. Argumentum. Negocialis uel iudicialis assertio. Historia est: ut Liuii. Fabula neque uera est. neque uerisimilis: ut Daphnim in arbore uersam. Argumentum est: quod non facta: sed quae fieri potuerunt: continet. ut in comediis patrem timeri: & amari meretricem. Iudicialis autem nar-



## Q VINTVS

ratio ē res gestarū: aut uerisimilium expositio. Narrationis autē laudes tres sunt: Vt lucida sit: ut uerisimilis: ut breuis. Et his contraria uitia uocant. Lucida ē narratio: si non confusa: si uera: si ueritatis significationibus: Si non longo circuitu rem monstremus. Verisimilis: si nihil affectate & quasi ex natura expōerū uideamur. Breuis: si non ultra q̄ res exigit: & prolixē fundat assertio. Narrationum: Alia sunt ipsius causa & negotii. Alia incidentes. Ipsa causa sunt: sine quibus res: quae agit: intelligi non potest. Incidentes: quae aut probationis gratia: aut exempli: aut agendi: aut inuidiae: aut uoluptatis extrinsecus afferunt. Nō nulli quique species Narrationis esse dixerunt: ut Theodor<sup>9</sup> Bixantius graece discernit. προδιήγησις. ὑποδιήγησις. παραδιήγησις. ἀναδιήγησις. κατάδιήγησις. Narrationis elementa sunt sex. Persona. Cā. Locus. Tēpus. Materia. Res. Itē Narrationum: alia cōtinua: alia partiles uocant. Cōtinua: quae perpetuo contextu sine ulla interruptione dicunt. Partiles: quibus: uel argumētum: uel digressio aliqua interponit. Narramus autē modis sex. Aut augētes aliquid: aut tenuantes: Praterites: aut monentes. Docētes: Gratiam: uel inuidiam comparantes. Post narrationē quidem Digressionē: quā παρὲν θεοῖν uocāt: oportet adiungere: Quo uel incitamus iudices: uel delinimus. Sed quoniam pars orationis non ē: & non semper attripiēda ē: eā placuit praeterire.

### De Propositione.

Propositio aut nostra ē: aut aduersarioꝝ: aut comunis. Nra: ut cade; obicio. Aduersarioꝝ: Cadē me fecisse dicit. Comunis: Vter nostrū eadem admiserit: quātit. Propositiones autem principalium quaestionum sunt: aut incidentiuꝝ: aut simplices: aut coniunctae. Simplex: ut Luxurialis es: meretricem amas. Coniuncta aut per partitionem maxime proponuntur. Quae dupliciter fiunt: aut enim simpliciter quid dicturi sumus: ostendimus: aut ante q̄ nobis cū aduersario cōueniat: Quid in dubium uocetur: edicimus. Propositiones aut nudaē sunt: aut rōni subiectae. Nudaē: ut affectasti tyrānidem. Rationi subiectae affectasti tyrannidē: Arma. n. domi habes. Oēs aut sumuntur aut simpliciter: aut per inductionē. Simpliciter: ut si dicam: Docebo proditorem. Per inductionem: ut si superioris meminimus: & sequentem introducimus: ut si dicas: Quoniam do cui iniustam legem: docebo inutilem. Proponimus autem aut per concessionem: aut per prateritionem. Per concessionem: cum gram

faciētes eius: quod diximus prius: aliqd̄ introducimus: ut si dicast  
 Concedo interim occisum: Sed ab hoc interemptuz nego. Per pra  
 teritionē: cum ita transimus ad alteram propositionē: ne superiores  
 interim concedamus: ut si dicas: Nunc quoniam docui ignominio  
 so actionē de priuatis rebus tantum negari: Docebo de proditiōis  
 crimine non negari.

## De Partitione.

Partitio ē: qua ordinē totius diuisionis breuiter comprehendit:  
 ut ē pro Quintio. Negamus te Bona Publi Quiti possedisse ex edi  
 cto pratoris. Et primo sic incipit: Nullam causam fuisse postulan  
 dae proscriptiōis. Haec subiicit: ne ex edicto possideri potuisse ad ex  
 tremum: nec possessa eē. Haec inquit tria: cum docuero: perorabo.  
 Animaduertis corpus totius orationis per haec tria liniamenta dige  
 stum eē. Talis autem debet eē partitio: ut singulae partes eius pluri  
 mas quaestiones in se contineat. Nam si fuerint & per incidentes qua  
 stiunculas deriuatae onerabitur ipsa partitio. Et ex hoc rebunt iu  
 dices rerum copiam fugiendam. Ideo & Tullius in eadē Quintiana  
 sic partitus ē: ut singula capita plures quaestionum articulos conti  
 nerent. Etenim primū illud non fuisse cām postulandae proscriptio  
 nis. Vide quanta contineat: q̄ pecunia debita Sexto Neuiō nō fue  
 rit: & aliter agi oportuerit. q̄ Quintius Vadimonius; nō deseruerit.  
 s̄m q̄ ex edicto possidere non potuerit. q̄ & pcuratorē habuerit: Et  
 absens defēsus sit: & nō latitauerit. & ceteri creditores Quintii sint.  
 Et q̄ ante missum sit: ut fundo cōi expelleret: q̄ proscriptio eius im  
 peraretur. Et quia ui deiectus sit: contra quā prator iusserit. His  
 iḡ manifestum ē intra partitionē quaestiones eē ponēdas: quae i exe  
 cutione sint deulganda: ut iudex & nobis attētus fiat: & promisso  
 rum copia non grauet. Illud ēt inspiciendum: quae nobis cum di  
 uersa parte conueniāt: Quae in controuersiam deuocētur: & ea quae  
 conueniunt tunc enumeranda: si nobis profunt: ut Cicero pro .M.  
 Rullo ait: Dānum passum eē. M. Rullum! Cōuēit mihi cū aduer  
 sario: ut hoibus armatis rem gestam eē non inficiantur. A fami  
 lia Publii Fabii commissam negare non audēt. Iā dolo malo factū  
 sit ambigit. Vides ergo hoc in partitione a cōcessis duxisse: quod si  
 bi proderat.

## De Argumentatione.

Argumentatio ē elocutio: qua argumēta ipsa uerbis exeqmur.  
 Argumēta uero: quibus causa probat. Argumentatio diuidit

## Q VINTVS

in duas partes. In confirmatione & reprehensione. Argumētōrū genera duo sunt. Artificiale & Inartificiale. Sed artificiale locos habet principales quatuor. Ante Rem. In Re. Circa Rē. Post Rē. Ante rē uero diuidit in locos septem. A persona. a re. a causa. a tēpore. a loco. a modo. a materia. In Re autē; loci sunt duodecim. a toto. a parte. a genere. a spē. a dīa: per septē circūstantias: q̄ locus recipit i se etiam a maiore ad minus. & a minore ad maius. a proprio. a diffōne. a noīe. a multiplici appellatiōe. ab initio ad p̄gressionem uel p̄fectum. a p̄fectione. ab initio uel consumatione. Circa Rē loci sūt decē. A simili: cuius spēs sunt quatuor. Exēplum. Similitudo. Fabula. Imago: idest uerisimile: quod de comoedia summit. Addūt q̄dam & apologos: ut sunt Aesopi. Ergo circa Rē locos exequar: Qui sunt a simili. a pari. a cōtrario per p̄positionē & negōnē. ad ali qd: quod figuratur casibus quatuor. Gtō. dtō. actō. abltō. Ab iter se collidētibus per habitationem & amissionē. a maiore ad min⁹. a minore ad maius. a p̄cedēti ab eo: quod simile ē: uel a cōiunctis a cōsequētibus. Post rē loci sunt duo. ab euetu. & a iudicato. Sūt alii loci: ἀπὸ τῆς συζυγίας. i. a coniugatiōe: siue a coniugatis: qd̄ quasi iunctum ē personae qualitati: ut eum: q̄ hostilia sentiat: hostē eē dicamus. Itē a qualitate: ut si iracunde fecit: sine rōne fecerit. A q̄titate: ut si seru⁹ ē: Eodē modo factū sit. A cōiunctis: idest: ἀπὸ τοῦ πρῶτος καὶ ἰνδῆ τοῦ: ut fasces & toga. Sella curulis magistratū ornāmēta sunt. Itē a partitione. i. ἀπὸ τῆς διαίρεσος. Per oēs circūstantias. i. cū partimur personas. tēpora & cca. qua uarietas grata discriminat. Inartificialia diuidunt in prauidicia. In rumores. In tormenta. In tabulas. In iusurandū. In testes: Qua similiter quēadmodū & artificialia tractat orator. In argumētis autē; cauendum ē: ne in aliqua parte nobis noceant: ne inter se discrepēt: ne uulgaria sint: ne cū aduersario comunia: ne alte repetita: aut supra dignitatem causae: aut infra dignitatem. De Confirmatione breuiter memorauī. Nunc reprehensionis p̄cepta uideamus. Reprehenditur enim actio aduersarii: aut redarguendo: cum aut totum argumentum: aut partes eius contrafacere monstrabimus: aut repugnando cum docemus falsa esse pro ueris assumpta: uel ex his non officī. Aut compensando: si contra argumentum: quod aduersum nos est: aliud opponamus.

De Questionibus.

Questionum duo sunt genera. Dicitur .n. προηγούμενος: quia a nobis inducit ut confirmet. Ab aduersariis autē: quia infertur & repellenda ē: igitur dicitur ἀνταρκεία. Verū superior: quia a nobis quaestio infertur modis fit duobus: ut aut singulatis separata inducatur. Aut plures coniunctim. Ducimus autē eas uarie aut per simplicem propositionē. aut per preparationem: aut per figuras: quas διάφοια dicunt: Qui locus multiformis ē. Nam pene tot sunt occasiones inducēda quōnis in hoc genere: quot sunt figura sñiarum. Fit .n. & per solutionem. i. κατά διάλυσιν. aut per prateritionem. aut per concessionem. aut per reprehensionem. aut per seiunctionē: aut per adiectionem. i. ἀφορισμόν. Aut per admonitionē. aut per dissimulatam propositionem. aut per repetitam. aut per instructā. aut per partitam. aut per similitudinem superioris quaestionis. aut responcionis. aut per inuersionem. i. cum primam illam quaestionē tractamus: quia secunda est. Dehinc primam. Et eam quōnem: quia aduersarii intulerunt: hisdem modis refutare possumus: & adicere solemus: Cum aliquid aut obscure aduersarius posuerit. Aut agēdi potius causa dixerit quā probandi. Aut cum per hypophoram gradum facimus nostrā propositionis. Aut cum aduersarii propositionem in nostram partem conuertimus: quam peristrophē uocāmus. Aut cum secunda proposita quaestione primam tractamus. Et hoc faciendum uel cū elegantia uarietatis affectū. uel cum prima quō aduersus nos ualde facit. Et non ē in primo loco ponēda. In hypophora cauēdum ē: ne plene & copiose ponat: quā aliquā irridendi aduersarii causa: de quo nulla quō est: exaggeranda a nobis ē: ut quā discrepat ostēdāus. Hypophora tribus modis iminuit. Adiectiue uerborū: imutatione: detractiue. Hypophora autē est intētio aduersae partis. Antipophora ē respōsio eius. Anacephaleosis ē ueluti a capite causa breuis repetitio quōnum. anacephaleosis nō semper utēdū est: uidelz quando aut partitionē facimus. aut quādo in multas quōnes causa processit: ita tamē ut summā cuiusque: nō partes partiū retexamus: quia quidē utimur etiā in alia parte orōnis: cū iudicis mēoria fortasse succumbet: Quia restunc Epimerismos uocat. anacephaleosis tñ nulla pars orōnis est: Sed epilogi quadā portio. Epilogus .n. tres hēt partes: nūerationē praedictā: indignationē: quā dinosin dicimus: miserationem: quam icetosin uel eleos mēoramus: S3 dinosis ex locis argumentorū. Nā his non tantū res probamus. Verū et

## Q VINTVS

augēus. Sed cōquāstio. i. miseratio his locis argumentorū summi-  
tur: qbus & indignatio. Peroratiōe tamē non in fine tantū orōnis  
utendum: Sed ubi materia permiserit. i. in digressione principiorū:  
aut narratiōis assiduā: Sed & qōnum non nunq̄. In Epilogo gene-  
raliter obseruandum: ut breuis sit. Siquidem commotus iudex sta-  
tim admittendus est ad sententiam proferendam: Dum aut ad-  
uersariis irascitur: aut eius miseretur lachrymis: aut rerum affli-  
ctione commotus est.

Sic adhuc asserenti innuit ipse Cyllenius: ut ad Germanarum  
cortum: nubentisque transiret obsequium: Quo conspecto assera  
determinans ad Philologiae confessum fiducia promptiore perre-  
xit: Eiusque uerticem deosculata cum sonitu: Nihil enim silens:  
ac si cuperet: faciebat. Sororum se cōsortio: societatiq; permiscuit.

Tandem loquacis terminata pagina.

Asserta cursim: quae tamen uoluminis  
Vix umbilicum multa opertum fascea  
Turgore pinguis insuit rubellulum  
Quod si probatur: & caret fastidio  
Non nulla promet: quae nouella texuit  
Deditaque fient: quae uetustas praterit.  
Sin Sanna Typhi naris imum torseris:  
Pigebit arma horruisse Calites:  
Formidinisque tunc locus mouebitur  
Syluane falcem cum petis Saturniam.  
At tu reclamans Rhetorum sacrum tuba  
Clangore uerso Tulliana percrepans  
In castra abibis: quo nec Osor inuidens  
Nec liuor ater te sequatur praeduem.

Explicit Liber Quintus.